



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De mansuetudine innocentia per gratiam quæsitis. Gradus XXIIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](#)

205 IOANNIS. CLIMACIDI
De mansuetudine & innocentia per gratiam qu-
sitis. Gradus XXIII.

Precurrit quidem solem matutinalux, or
nem vero humilitatem mansuetudo pra-
lit. Quocirca lucem ipsam audiamus, ita
gradatim ordinantem: Discite, inquit, a me,
mitis sum & humilis eo. dis. Iustum ergo est de-
gitimum ante solem luce illustrari, atque i-
mum clarius solem intueri. Fieri enim non pos-
vit hunc intueatur, qui lucem antea non cognovit,
vt beatorum docet institutio. Mansuetudo:
animi incomparabilis status, æque in hono-
re & ignominij habens. Mansuetudo est illi pen-
itationibus proximi, pro illo affectu summo ac
integerimo orare. Mansuetudo est supereminen-
tia: undia pelago scopulus. Mansuetudo est fir-
mentum patiæ, charitatis ianua, imo vero
ter, discretionis argumentum. (Docebit, inquit
dominus mites vias suas) veniæ ministra, con-
dencia in oratione, spiritus sancti diuersorii. A
quem enim, inquit, aspiciam, nisi ad mansuetum
& quietum & trementem semenes meos? Man-
suetudo est obedientie adiutrix, fraternitatis di-
furentium frenum, irascentium retinaculum, ga-
dij indultrix, imiratio Christi, angelorum prop-
etas, dæmonum nexus, atque amaritudinis clipe-
us. In cordibus mansuetorum requiescit domi-
nus, anima vero turbulentia diabolis est sedes. So-
tes hereditabunt terram, imo vero dominabun-
tur ei, viri autem insani ac furore præcipites
terra sua vastabuntur. Mansueta anima sim-
pliciter sedes, mens autem iracunda nequit esse o-
pifex. Mitis anima capiet sapientiaz verba, diri-
chim in iudicio mansuetos dominus, imo vero
discere

discretionē. Anima recta contubernalis est humiliatis, iniqua autē superbię est adolescentula. Maior sutorum animae implebuntur scientia, mens ira, tūdi tenebris iracūdię vel ignorantiae cohabitāt. Iracūdus & simulator obuiauerūt sibi, nec inueniri poterat sermo rectus in discrepancye eorum. Si corporis explices, inuenies insaniam. Si vero secundi p̄scruteris animū, aspicies nequitiam. Simplicitas habitus est animae varietate carens, totiusq; peruersae intentionis ignarus, & qui nulla mala cogitatione moueatur. Nequitia est sciētia; imo vero turpitudō dæmoniaca priuata veritate, & quę plū timos latere videatur. Hypocrisis est & corporis & animae contra ius status, ad inuentioneō omnibus implet⁹. Innocētia, letus ac seren⁹ est animi statutus, omni adinuentioē ac figmēto liber. Aequitas est intentio curiositate carēs, affect, integer, se: mo purus, neque villa fictione vel præparationis arte fucatus, à nequitia remotus. Mundissima est natura animi in ea qua creata est animi puritate persistens, atque secundum eam omnibus congrediens. Nequitia est restitutinis peruersio, intentio seducta, mentita dispensatio, perplexis verbis annexa iuramenta, profundum cordis, fraudis abyssus, assuetum transiensq; in habitum mendaciūm, naturalis exinde tumor, humilitatis aduersarius, pœnitentiæ simulatio, fletus elongatio, confessio- nis inimicitiae, propriæ sententiæ voluntatisq; defensio, lapsus artifex, resurrectionis aduersatio, contumeliae risus, fatua grauitas, ficta religiō, dæmoniaca vita Malus est diabolo & familiaritate cōjunctus & nomine. Quocirca & Dominus illū ita appellādum monuit in oratione, quam ipse instituit dicens: Libera nos à malo. Fugiamus à simulationis præcipitio & à versutiæ lacu audiētes eius sententiæ.

sententiam qui dixit: Quoniam qui malignant exterminabuntur. Et sicut olera herbarū cito cident. Huiusmodi enim pascua sunt dæmonū. **Psal. 36.** Sicut Deus charitas, ita æquitas quoq; appellatur atque ideo Sapiens in Canticis ait ad cor: Aetas dilexit te. Rursusq; Sapientis huius pater: Bos & rectus Dominus. Eosque qui hoc cum illo angelantur nomine saluari dicit. Ait enim: Qui saluit facit rectos corde. Et rursum: Aequitatem animorum vidi & visitauit faciem eius. Prima incrementi puerorum proprietas est simplicitas, omnioriente libera, quam quousque habuit ille Adam non vidiit animæ suæ nuditatem neq; carnis turpitudinem Bona quidem est ac beata illa simplicitas, quæ quibusdam inest naturaliter, longe tamen illa beatior & excellentior, quæ laborib; & sudorib; ex malitia traducta est vel fuerit. Non illa quidem à varietate multiplici aequalitate turbatus protegitur atque illæsa seruatur, hæc vero altissimæ humilitatis & mansuetudinis genitrix & altrix est. Et priori quidem non minima debetur merces, sequenti vero laudatissima & incomparabilis reddetur. Quicunque ad nos attrahit dominum cupimus, simpliciter ad illum & absoluilla fictio, & varietate & malitia & curiositate velut ad magistrum percipiendæ disciplinæ etiam accedamus. Simplex enim ille & integerimum sit, simplices esse vult & innocentes animus quæ ad se conueniunt. Nunquam enim videas simplicitatem ab humilitate separatam. Malignus est prævisor mendax, ex sermonibus cogitationem & ex habitu cordis intima se comprehendere estimans. Vidi rectos malignari à malis didiciti atque admittit ratus sum quomodo proprietatem nostræ atque priuilegium amittere tam cito ponere

runt. Ut recti facile decidunt, ita difficile pueri
transferri in rectitudinem possunt. Vera peregrinatio & subiectio, labiorumque custodia saepe va-
luerunt mirabiliter insanabilia plurima transferre & curare. Si scientia plurimos inflat, vide si for-
te simplicitas & imperitia humiliare consue-
runt. Volum documentum certusque finis ac for-
ma beatæ simplicitatis beatus Paulus simplex¹ ti-
berit: tantum enim tamque celerem profectum
nemo usquam vel vidit, vel audiuist, vel videre un-
quam poterit. Monachus simplex rationale iumentum
est obediens, quod onus suum ducto: i suo p-
fecte depositus, trahenter sequitur ut vult, donec
maestru: contradicere non nouit. Difficile diui-
tes ingrediuntur in regnum, stultiq; sapietes in
simplicitatem. Ruina saepe eos qui ex malis acuti-
ores sunt frugales facit, salutem illis atque inno-
centiam intuitis largiens. Pugna & contendit
tis viribus stultam tuam sapientiam decipere, at-
que ita faciens inuenies salutem & aequitatem in
Christo Iesu domino nostro. Amen.

Annotation in 24 Gradum.

Paulus hic simplex Pauli primi heremitæ vel (ut
alij) S. Antonij discipulus fuit: Eius anachoreseos
tausa fuit, quod uxorem suam in adulterio comprehen-
dit: quo viso statim domo egreditus, nulli quidquam
dicens, in eremum se contulit. Multa huic Sanctus
Antonius præcipere solet; etiam ea quæ absurdæ
videbantur, ut eum in obedientia probaret,
& alios ad p'sam emulationem prouocaret. Haurire
namque eum aliquando aquam iussit ex puto, &
statim effundere. idque totum diem continuare: Con-
textas portas resoluere, & iterum texere: vestimen-
tum dissoluere, ac denuo consuere. iteruq; resoluere: &
pluribus huiusmodi exercitijs memoratur à B. Antonio

o

probatus